



★★
No. 389^a 26



*Bought with the
Charlotte Harris Fund
Charlestown Branch.*



Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Boston Public Library

Maximilian transylvanica epla



DE MOLVCCIS IN
sulis, itemq; alijs pluribus mirādis, quae
nouissima Castellanaurum nauigatio Se-
reniss. Imperatoris Caroli .V. auspicio
suscepta, nūper inuenit: Maximiliani
Transylvani ad Reuerendiss. Cardina-
lem Saitzburgensem epistola lectu per-
quam iucunda.



REVERENDISSIME ac Illustriss. Domine, do-
mine mi unice, humilli. commen. Redijt his diebus
una ex quinque illis nauibus, quas Cæsar superioribus annis
dum Cæsareæ Augustæ esset, in alienum et tot iam seculis in-
cognitum orbem miserat, ad inquirendum insulas, in quibus
aromata pueniunt. Nam licet Lusitani Portugallen. ex au-
rea Chersonesso, quã nunc Malacchẽ putamus, magnã
Indis piperis eorum ad nos deferat, nihil tamẽ Indiæ illæ suæ præter
tam nã piper gignunt. Reliqua enĩ ut cynamomũ, gariophilũ et
myristicã nucẽ quã muscatã, et operimentũ eius, quẽ flo-
rem muscatæ uocamus, ad suos Indos ex longinquis atque
adeo nomine tantum cognitis insulis aduehi certum est, nau-
ibus nullo ferramento, sed palmarum folijs duntaxat compactis,
quarum uela rotunda sunt, et hæc quoque ex uimine palma-
rum contexta. Hoc genus nauium iuncas appellant, unico
tantum uento secundo aut aduerso agi solitas. Nec mirum,
quum hæc omnibus ferè seculis nostris mortalibus incogni-
ta fuerint. Nam quaecumque hæctenus de aromatum homini na-
tuo solo à priscis autoribus prodita legimus, partim pror-
sus fabulosa sunt, partim à ueritate tam aliena, ut etiam
regiones illæ ubi ipsi aromata gigni prodidere, ab ijs oris
ubi nunc ea nasci cõpertum est, paulo minus distet quã nos
ab eis seiungimur. Nam ut reliqua omittam, tradidit Hero-
dotus alioqui clarissimus autor, cynamomum in auium ni-
dis reperiri, in quos uolucres illud ex longissimis regionibus,
et præsertim Phœnix (cuius nidum nescio quis unquam ui-
derit) deulissert. Plynius uero qui certius aliquid. afferre
posse sibi uidebatur, quod iam ante etatẽ suã, tum Alexãdri

Charles J. DeVries Fund

Nov 17 1900

4170.
Magni tum aliorū classibus multa illustrata fuissent, tra-
dit cynamomū gigni ī Aethiopia Troglodytis cōnubio cō
mixta. Quum nunc cōpertū sit cynamomū longissime ab
omni Aethiopia gigni, & maxime Troglodytarū, hoc est,
in speluncis subterraneis habitantiū. Nostris autē qui nūc
rediere, quibus nihil tam cognitū erat q̄ Aethiopia, neces-
sarium fuerat, prius q̄ has insulas repererint & huc redie-
rint, uniuersum orbē idq; sub amplissimo plerunq; paral-
lelo circuire: quae nauigatio cū & admirabilis habeatur,
& nostra superiorūue etate ulla, non modo non inuēta,
sed nec unq̄ tentata fuerit: statui & cursum eius & to-
tius rei seriem R. D. T. q̄ uerissime scribere. Cur auī enim
mihi & à duce classis & à singulis nautis qui cū eo redie-
re, referri oīa diligētissime. Retulerunt autē & Caesari,
& alijs multis singula quidē ea fide & sinceritate, ut nō
modo nihil fabulosi afferre, sed fabulosa oīa alia, ueteri-
bus autoribus p̄dita refellere & reprobare narratione
sua uiderētur. Nā q̄s Monoscelos seu Scyopodas, Scyritas,
Spitameos, Pigmaeos & multa h̄mōi mōstra potius q̄ ho-
mīes eē crediderit. Cū & à Castellanijs occidēte p̄meridiē
& à Portugallēsibus in orientē uelificātibus tot loca ultra
tropicū Capricornū quāesita, inuenta, lustrataq; fuerim:
ab his autē nostris, reliquus uniuersus orbis nauigatione
nūc pagratus sit, neq; tamē unq̄ de h̄mōi mōstruosis hōi-
bus certi quicquam audiri potuerit, credi debet ea oīa fa-
bulosa & mēdacīa eē anilia, nullo certo autore p̄ manus
quodā mō tradita. Sed ne ego cui totus nunc orbis pagrā-
dus ē, in orōis meae exordio nīmīū digrediar, ad rē uenio.

1490.

1490.


Linea in
laris p totu
globum
intra linn
in imp portu
3 Castel: dif
ronis

Castellani
omnes

Portugali
130 orien
fornij

CVM HINC ante annos fere triginta Castellani in
occidēte, Portugallēses autē in oriente nouas atq; incogni
tas terras perquirere coepissent, ne alter alteri impedinen
to essent, partiti sunt duo hi reges inter se terrarum orbē
summi pontificis puta Alexandri sexti auctoritate hac ra
tione, ut ab Insulis Hesperidum, quas nunc promontori
j seu capitis viridis appellant, recta in occidentem trecen
tum sexaginta miliaria, quas leucas uocant, linea uersus
Arcticum, & altera uersus australem polum protende
retur, quoad rursus coirent, orbemq; in duas partes aequa
les diuiderēt. Et quicquid incognitae terrae in parte orienta
li detegeretur, hoc Portugallensibus cederet: quicquid in
occidentali, Castellanis. Hinc factum est, ut Castellani per
meridiem in occidētem semper nauigauerint, & ibi conti
nentem terrā amplissimam, insulas uero maximas & in
numeras auri & margaritarum aliarumq; opum diuites,
& nunc postremo ingentem urbem mediterraneā Tenosti
cā in lacu quodam Venetiarum more sitam inuenerint. De
qua multa & magna, uera tamen, Petrus martyr memo
riae prodidit, auctor circa rerum fidem quā elegantiam
sermonis accuratior. Portugallenses uero, per meridiē &
littora Hesperidū Ichthyophagorū aethiopum aequinoctia
lem & Tropicum Capricorni praetereuntes, in orientem
nauigauerunt: & multas maximasq; prius incognitas in
sulas, atq; adeo Nili fomes & Troglodytas inuenerūt. Illinc
per Arabicum & Persicum sinus in Indiae littora intra Gā
gem, ubi nunc maximum emporium idem & regnum est
Calicuticum, delati sunt. Hinc ad Taprobanen quā nunc

Dominus Martinus Regis Confiliarius Li. 8. 2. Decad. Eius vniuersum pariter
affusum lineam de pluribus nulla sunt: per: ad: 6. illas a Septentrione
ad meridiem quoniam scilicet insulam quos vocant de eade verde parallelas
ad orientem Equas contra diametrum extendit. Inter illas alias res
Long. qd Equas vocat quoniam in medio in mari, tota vero in terra
despiciat. Per parallelas insulam eade vnde intelligit Meridianum
eandem. male continetur. per diametrum, insulam parallelas portus
sunt duntaxat longitudinalis aut.



Zamatarum uocant nauigarunt. Nam ubi Ptolemæus, *Ply Zaproban*
nius, & reliqui Cosmographi, Taprobanem posuere, nulla ^{nunc Zama} ~~ta~~
nunc est insula, quæ ulla ratione ea esse aut credi possit. In-
de ad auream Chersonesum ubi nunc *Malaccha* celeberrima
urbs & maximum orientis emporium situm est per-
uenerunt. Ex hac sinum magnum ingressi sunt, ad Sinarum
usq; populos, quos nunc Schinas uocant, ubi candidam gen- ^{Schinas olim}
tem & ciuilem satis reppererunt, Germanis nostris simile. ^{Sinorum}
Credunt Seres & Scythas Asiaticos eousq; protendi. Et li-
cet incertus quidam rumor peruagaretur, Portugallenses ^{Prinor de}
in Orientem eousq; progressos, ut limitibus suis transcen- ^{transgressi}
sis in Castellanorum terminos uenerit, *Malaccha* et ^{limitum} ~~et~~ sinum ^{a Portuga}
magnum intra nostras fines contineri, oia tamen dicta potius
q̃ credita fuere, donec ante quadriennium *Ferdinandus Ma-*
gellanus Portugallen. uir clarus, & qui multis annis Portu-
gallen. nauium præfectus, oras totius orientis peragrarat.
in odium regis sui, quem in se ingratißimum querebatur,
& *Christophorus Haro* frater Soceri mei, qui ex *Vyssipone*,
quã uulgo *Lisbonam* uocant, per suos multos annos in
orieute illo & tandem cum Sinarum populis mercaturam
fecerat, ita ut earum rerum magnum usum haberet (Is quo-
q; iniuria à portugallen. rege accepta, se in Castellam. pa-
triam recepit) *Cæsari* ostenderet, nondum quidem satis com-
pertum utrum *Malaccha* Castellanorum finibus aut Portu-
gallen. contineretur: Propterea qđ hactenus nulla certalogi-
tudinum ratio inueniri potuisset, satis tamẽ costare, sinum magnum
& Sinarum populos, ad Castellanorum nauigationem pti-
nere. Hoc item haberi longe certissimum, insulas quas *Mo*

Volucres nobiles

luccas uocant, in quibus aromata omnia gignerentur, &
unde in Malacchā adueherentur, in occidēte Castellānorū
cōtineri, posseq; ad illas nauigari, & inde aromata facili-
us minoreq; impēsa & pretio tanquam ex natiuo solo in
Castellam deportari. Ratio nauigatiōis erat, ut ex occidē-
te subter inferius hemisphærium in orientem usq; nauiga-
rent. Res penē ardua & uana uisa est. Non q̄ graue exi-
stimabatur, recta ex occidente in orientem subter hemi-
sphærium uehi, sed q̄ incertum esset, utrū ingeniosa natu-
ra, quæ nihil nō summa cū prouidentia constituit. ita ori-
entē ab occidente partim mari, partim terra distinxisset,
ut hoc itinere & nauigationis cursu ad orientē perueni-

*Insula firmā
uocata
suis Coni-
uentis quā
amirica
pūro am-
pantiam*

ri posset. Non enim cōpertum erat, utrum illa ingens re-
gio, quam terrā firmā uocāt, occidentale mare ab orien-
tali disterneret, liquebat continentem illam ab aūstro
in meridiē & inde in occidentem uergere. Repertas etiā
ad septētrionē regiones duas, quarū alterā Baccalearum
à nouo genere pisciū, alterā terram floridam uocāt. Quæ
si terræ huic firmæ coniungerentur, nequaquam ex occi-
dente in orientem posse deferri: cum nihil de freto aliquo
huius terræ quod transiri posset, licet diligentissime ma-
gnisq; laboribus perquisitum, nunquam tamen inuentū
esset. Per Portugallensium autem limites & orientē, rem
incertam & longe periculosissimam iudicabant, Quæ de
re Cæsari & suis uisum est, eos quidē rem ut magnæ spei,
sic maioris difficultatis polliceri. Cūq; uterq; in diem du-
ceretur, obtulit Magellanus sese iturū Christophorus autē

*in polo australi magis
ignotum
trito*

Classif. 5.
Quam r/
nissa ano
1519.

Cabo San Diego
mariz

Santhi In
liam sing

suum illis eleuatum, tam ex altitudine & declinatione so-
 lis ab æquinoctiali, qua iam plurimū & plus q̃ altero quo-
 uis sydere nautæ nostri utuntur, q̃ ex ipsius Antarctici al-
 titudine deprnderint. Longitudinem uero à Fortunatis in
Sulis in occidentem 56. gradus tradidere. Nam cum prisci
 Cosmographi, & præsertim Ptolemæus, longitudes loco-
 rum à Fortunatis insulis in orientē usq; ad Cattigaram cē-
 tum & octoginta gradibus metiretur, & nostri q̃ longissi-
 me in occidente nauigauerint, cœpere à fortunatis insulis
 per occidentē ut debuerē, usq; ad Cattigarā alios 180. gra-
 dus designare. Tamē nostri nautæ, propterea quod in tā lō-
 ginq̃a adeoq; à terra distante nauigatiōe, longitudini cer-
 ta signa terminosq; sibi præfigere designareq; possunt: po-
 tius mihi in longitudinū rōne hallucinari, q̃ quicq̃ certi at-
 tulisse uidetur. Attamē ea interim qualiacūq; ifuerint, do-
 nec certiora reperiātur, nō prorsus reijciēda sed admittē-
 da existimo. Sinus hic uastus uidebatur, & speciem fretire
 ferre. Quāobrem Magellanus præfectus duabus nauibus si-
 nus sitū explorare iubet. Ipse reliquas in alto anchoris fir-
 mat. Post biduū relatū est. sinū uadosum nec longius in ter-
 rā prætendi. Nostri in reditu aliquot Indos, ad littora con-
 chylia legentes cōspexere. Indos uocāt omniū incognitarū
 terrarū indigenas. Erāt proceræ longitudinis, palmorū sci-
 licet decē, ferinis pellibus tecti, fusciores q̃ regionis situs po-
 stularēt, ad quos dū aliquot ex nostris in terrā egrederen-
 tur, atq; illis tintinnabula & chartas papyraceas depictas
 ostenderent, cœpere nostros ad rude murmur & incon-
 ditū carmē circū saltātes, utq; nostris sui admirationē face

Longitudinem
 180. gradibus
 45.

bili & stupendo hoc accinctu ornatu, & longe maioris q̃
antea stature in aciẽ prodeũt. Hispani, qui ad manus de-
ueniendũ putabãt, pixidem emitti iubent. Qui ictus etsi ir-
ritus fuisset, egregi tamẽ gigantes, qui paulo ante louem
debellaturi uidebantur, hoc sonitu adeo sunt deterriti, ut
protinus de pace loqui cœptũ sit. Summa erat ut tres uiri
reliqua familia dimissa, cum nostris ad naues redirẽt. Itur
itaq; ad naues. Sed quum nostri non mō gigantum cur-
sum, sed nec passus cursu æquare possent, duo ex iis exi-
nere ad cōspectum onagri procul in monte pascẽtis, quasi
hunc insecuturi essent, fuga euasere. Tertius ad naues per-
ductus, sed inedia, quã sibi Indorum more ex tædio indixe-
rat, intra paucos dies extinctus est. Et licet præfectus na-
uium ad tugurium illud reuississet, ut denuo unum aliquẽ
gigantũ eorũ caperet, quẽ p rei nouitate Cæsari afferret,
nemo tamẽ inuentus est, sed oēs unã cum tugurio aliõ se-
se transtulerũt. Vnde liquet gentẽ illã quoq; uagã esse, nec
postea nostri, licet ad sinũ illum p multos dies ut infra me-
morabimus permãsisissent, Indum amplius in littore illo cō-
spexere: sed nec tanti etiã quicq̃ in ea regione eẽ arbitra-
ti, quo & mediterranea illius longius scrutari deberent.
Et quanquã Magellanus animaduerneret longiorẽ mansi-
onem illic inutilem esse, tamen quia mare aliquot dies flu-
ctuosum, cœlumq; turbidũ essent, & terra illa conti-
nue ad austrum uergeret, ut quo magis progrederen-
tur, eo regionem frigidiorẽ inuenturi eẽnt, discessus neces-
sario de die in diẽ dilatus est, donec iã mensis Maius ade-
rat, à quo illic asperissima hyems sæuire incipit, atq; adeo,


ut iam in nostra æstate ibidem hyemādum cēt. Prospiciens
autem Magellanus navigationem diuturnā fore, cōmea-
tū inter suos, quo longius copia eius suppeteret, parcius
iubet distribui. Hispani ubi per aliquot dies rem æquani-
miter tulissent, hyemis quoq; magnitudinem ac terræ ri-
gorem ueriti, orarūt tandem præfectū suum Magellanū,
ut quoniā animaduerneret regionem illā perpetuo tractu
in austrum protendi, nec spem finis illius aut freti superes-
se, hyemen quoq; seuā imminentem, & multos inedia re-
rumq; incommoditate extinctos, sese quoq; legem illā sum-
ptuariam quā tulisset, diutius nō posse sustinere: Cæsarem
autem nunquā eius animi fuisse, ut quicq; obstinatius ten-
tari deberet, cui natura cæteræq; difficultates obstarent,
labores suos iam satis perspectos probatosq; fore, Quū eo-
usq; prouecti iā essent, quo nulla nūquam mortalium uel
audacia uel temeritas progredi ausa fuisset. Posse autē faci-
le, flante ab austro uento intra aliquot dies, si meridiē uer-
sus uelificarēt, in mitiorem aliquam plagam deferri. At cō-
tra Magellanus, cui iam decretum erat aut mori aut cœ-
pta perficere, respondet sibi à Cæsare cursum navigatio-
nis præscriptum, à quo neq; posset neq; uellet ulla ratione
discedere, & propterea eousq; nauigaturū, quoad terræ
huius aut finem aut fretū inueniret. Quod etsi hyeme ob-
stante in præsentia præstare nō posset, in æstate tamen re-
gionis illius rem facilem fore. Siquidem ipsos tunc uersus
Antarcticum terræ huius tractum secuturos, quoad il-
lius tota ea æstas unus & perpetuus foret dies.
Esse quoque modo uellent, unde inediam & hyemis
incommoditatem leuare possent. Siquidem lignorum

magnam esse copiam, mare conchylia & pleraq; genera
piscium optimorum præbere: Fontes ibi salubres, aucupi-
um quoq; & uenationem subuenire multis. Panem uero
& uinum neq; hactenus defuisse, neq; deinceps defutura,
dummodo ea ad necessitatem, & tuendā salutem, non ad
uoluptatem & luxum dispensari patiantur. Nihil autem
hactenus actum, quod aut admiratione dignū, aut quo re-
ditui necessitatem prætexerent, Siquidem Portugallenses
non modo quotannis, sed quotidie ferè tropicum capricor-
ni, cū in oriētem penetrarent, nullo negotio ad duodecim
usque gradus transcendere. Se autem quantula laude di-
gnos existimandos, qui quatuor non amplius gradibus
longius in austrum processissent. Sibi certe hoc statutum,
antea se extrema passurum quā Hispaniam cum igno-
minia repetiturum: credereq; socios omnes, aut saltē eos
in quibus generosus ille Hispanorū spiritus nondū pror-
sus esset extinctus, eiusdē quoq; animi esse. Illud itaq; dun-
taxat hortari, ut reliquū hyemis æquo animo sustinerēt:
tanto fore huberiora præmia, quāto maioribus laboribus
& periculis Cæsari nouū & incognitum aromatum atq;
auri diuitem orbē aperuissent. Hac concione Magellanus
suorum animos mitigatos erectosq; esse existimans, intra
paucos dies nefaria fœdaq; seditione afflictus est. Nā uul-
go inter nauales socios cœpere sermones de uetere atque
æterno Portugallēsiū Castellanorūq; odio, Magellanū Por-
tugallēsem esse. Nihil ab eo gloriosius patriæ suæ geri pos-
se, quā hanc clāsem cum tot uiris perdere. Neq; creden-
dum etiam si posset Moluccas insulas reperire cupere, sed

+ d. An-
p. 2.
C. 1. 1. 1.
p. 1. 1. 1.
49 d. 1. 1.

una illa ex Maximilianis vultu di
dedit .C. G. curio. & p^{re}sentando
fing Santi Milioni per appellando

Circa us vna fista p^{re}sentando
Pati mappio d^{ist} in ea vultu vultu solo
d^{ist} Hippocriola conditior & longior
est in globo d^{ist}. Et illa fista
Nec corrigenda vultu d^{ist} est ad
thyroide respectu



Zamatarum uocant nauigarunt. Nam ubi Ptolemaeus, *Ply Zaprobanus*
 nius, & reliqui Cosmographi, Taprobanem posuere, nulla ^{nunc Zamara}
 nunc est insula, quæ ulla ratione ea esse aut credi possit. In-
 de ad auream Chersonesum ubi nunc Malaccha celeberrima
 urbs & maximum orientis emporium situm est per-
 uenerunt. Ex hac sinum magnum ingressi sunt, ad Sinarum
 usque populos, quos nunc Schinas uocant, ubi candidam gen- ^{Schinas olim}
 tem & ciuilem satis reppererunt, Germanis nostris simile. ^{Sinam}
 Credunt Seres & Scythas Asiaticos eousque protendi. Et li- ^{rumor}
 cet incertus quidam rumor peruagaretur, Portugallenses ^{transgressi}
 in Orientem eousque progressos, ut limitibus suis transcen- ^{limitem}
 sis in Castellorum terminos uenerit, Malaccha et Sinum ^{a Portuga}
 magnum intra nostras fines contineri, omnia tamen dicta potius
 quam credita fuere, donec ante quadriennium Ferdinandus Ma-
gellanus Portugallen. uir clarus, & qui multis annis Portu-
 gallen. nauium praefectus, oras totius orientis peragrarat.
 in odium regis sui, quem in se ingratiissimum querebatur,
 & Christophorus Haro frater soceri mei, qui ex Vijsippo-
 ne, quam uulgo Lisbonam uocant, per suos multos annos in
 oriente illo & tandem cum Sinarum populis mercaturam
 fecerat, ita ut earum rerum magnum usum haberet. Is quo-
 que iniuria a portugallen. rege accepta, se in Castellam. pa-
 triam recepit. Caesari ostenderet, nondum quidem satis com-
 pertum utrum Malaccha Castellorum finibus aut Portu-
 gallen. contineretur: Propterea quod haecenus nulla certa logi-
 tudinum ratio inueniri potuisset, satis tamen constare, sinum magnum
 & Sinarum populos, ad Castellorum nauigationem perti-
 nere. Hoc item haberi longe certissimum, insulas quas Mo-

1. Et hoc puto male scriptum esse in libro meo
reg. xi. 3. Cato pater Marci vel Celsus pater
patris alius: pater in 30. q. anfracti rei et pater
maritus gignit li. xl. 3. dialis. Lini etiam
Cato seu frater Augustini pater in 7. q.
anfracti pater xi. 3. pater gignit q. niger
ad anfracti dialis pater pater ubi pater
pater pater pater pater. In libro illi
nondum pater q. pater ad oratorem pater
latus #

satis habiturus si Cæsare aliquot annos uana spe possit circumducere, interim noui aliquid euenturum, unde Castellani ab aromatum inquisitione prorsus auertantur. Neq; item coeptū iter ad Moluccas illas beatas pertendere, sed ad externas aliquas niues ac glaciem & cœli perpetuam intemperiem. Magellanus his dictis mirifice irritatus cor rigit socios, sed aspicius aliquāto, q̄ homini peregrino, idq; in regione longinqua præfecturā gerenti cōueniret. Itaq; facta cōspiratione nauem occupant, regressum in Hispaniam apparātes, ille cū reliquis quos adhuc dicto audientes habebat nauigium illud inuadit, ducemq; eius ac alios præcipuos supremo supplicio afficit, ijs etiā in quos iure id fieri non poterat eā sortē subeūtibus. Erant enim regiū quidā ministri, in quos nemo præter Cæsare ipsum eiusue senatum, capitali pœna animaduertere iure potest. Nemo tamē pro tēpore regni imperiū detrectare ausus fuit. Licet non desuere qui adinuicē susurrarent, Magellanum eo modo in reliquos ad unum omnes Castellanos sæuitia grassaturū, donec sublati uniuersis ē medio ipse cum paucis Portugallensibus suis eadē classe patriā reuerti posset. Altius itaq; hoc odiū pectori Castellanorū insedit. Magellanus tamen cum primū maris procellas & hyemis asperitatem mitescere animaduertit, soluit ex sinu diui Iuliani. 24. Augusti. Vtq; antea multos dies, terræ tractum in austrū uergētis fuerat secutus. Conspectū est tandē promontoriū, quod sanctæ crucis appellauere. Vbi dū eos scilicet uior tēpestas ab oriēte exorta deprēderet, una ex quinque nauibus ad littora elisa est, hoībus cū mercibus & arma-

Juliani finem relinquunt
Cabo Sancti crucis

mentis saluis, præter seruum unum Aethiopem, qui fluctibus obrutus & demersus fuit. Hinc tellus paulo inter orientem & austrum, ptendi uisa est, quã dum more suo lustrare incipiunt, 26. Nouëbris, fauces quãdã quæ speciem freti præ se ferret detectæ sunt, ingreditur eas Magellanus, & totius cum uniuerſa claſſe, ubi dum alios atq; iterum alios sinus cõſpicit, iubet eos omnes diligenter nauibus colluſtrare, ſi uſpiã tranſitus pateret, quas ſe ad quintum diem quacumq; acciderent, in freti faucibus expectaturum recepit: una ex his cui ipſius Magellani ex fratre nepos Aluarus Meſchita præſuit, per sinus ipſius reflexus, iterum in mare unde ſinum ingreſſa fuerat, deſertur. Hiſpani autẽ cum ſe longius à reliquis nauibus diſtare cõſiderarent, facta conſpiratione de reſitu, Aluarum præſectum nauis ſuæ in uincula cõiiciunt, ac iter ſuum ſeptentrionem uerſus capiunt, ſuntq; tandem ad littora Aethiopiæ delati, inde parato cõmeatu, octauo menſe poſt q̃ à reliquis diſceſſerãt, in Hiſpaniã uenere. ubi Aluarum cauſam ex uinculis dicere faciunt, quaſi ipſius maximo cõſilio atq; ſuaſu, patruus Magellanus tanta ſæuitia in Caſtellanos uſus fuiſſet: At Magellanus ubi aliquot dies ultra ſtatutum tẽpus, nauim hanc expectaſſet, & altera rediiſſet, quæ nihil præter ſinum uadolum, ſcrupulosq; & rupes altiffimas in littoee cõperiiſſet: tertia uero nauis nuntiaret ſinum hunc maximũ freti ſimilitudinẽ habere, quum tri duo nauigãtes exitum quidẽ nullũ, ſed quo latius progreſſi fuiſſent, anguſtius maris ſpatium iuueniſſent, & eã altitudinem cuius multis in locis nulla lõgitudine fundũ attingere potuerẽ: animaduertiſſe etiã ex æſtu maris, fluxum

aliquāto q̄ refluxū uehementiorē, inde illis quoq; persua-
sum ē, illac transitū in aliud aliquod pelagus patere: sta-
tuit per hunc uela uentis dare. Erat fretum hoc, quod qui-
dem tunc fretū esse ignorabatur, latitudinis aliquādo tri-
um, aliquādo duorū, nonnunq̄ decē, aut quinq; miliario-
rum italicorū, uergebatq; paululū in occidentem. Altitudo *Longitudo 2*
autē poli australis duos supra quinquaginta gradus inuē *Longitudo*
ta est: longitudo uero eadem quā ad sinū sc̄ti Iuliani cōpe *freti*
rissent. Aderat iam mēsis Nouēbris, noctē habebāt paulo
amplius horarū quīq; nullos unq̄ mortales ī littore cōspe-
xere. Visa fuit tamen nocte quadā ignium maxime à sini-
stro latere multitudo, ex quo cōiecturā faciunt se ab inco-
lis regionis illius fuisse cōspectos. Magellanus autē q̄ ter-
ram illā fragosam atq; insuper æternis frigoribus rigen-
tem uideret, indignū iudicabat in ea indaganda plures di-
es perdere, quamobrē tribus tantummodo nauibus con-
tinuo cursu in interiora freti uectus est, donec uicesimo se-
cundo die postquā in eo nauigare cœperat, in aliud mare
amplū atq; uastū defertur: longitudinem freti miliarium
Hispanorum fere centum esse attestātur: Terram quam
ad dextram habuissent, continentem esse quam diximus
haud dubium est. Ad sinistram autem non emporium, sed
insulas esse existimant, quod aliquando ex latere illo, in
ulteriori littore maris reperiūm et fremitum audiui-
sent. Videt Magellanus cōtinentē rursus recta ad septētri-
onem dirigi, quamobrē iubet dimissa terra illa ingenti ad
dextram: nauigationis cursum per uastum et ingens hoc
pelagus, quod nescio an unquā nostras aut alienas naues

conspexerit, rectā eam oram dirigere, ex qua Corus flare
 consuevit, hoc est inter occidentē & septentrionē, ea qui-
 dem ratione ut tandē per occidentem in orientē ac rursus
 sub zonā torridā pueniret, satis enim exploratū habuit
 Moluccas in remotissimo esse oriente, & haud multum à
 linea æquinoctiali posse distare. Hic ppetuus cursus fuit:
 neq; ab eo unq̄ discessere, nisi quantū tempestatū & uen-
 torum ūis eos aliquādo aliorsum declinare coegit, ubi qua-
 draginta dies hoc modo uehementi & ut plerunque se-
 cūdo uento per altum delati fuissent, ac nihil unquam nisi
 pontum & undiq; pontum conspexissent, iamq; rursus
 ferē sub tropico capricorni nauigarent, uenere in conspe-
 ctum insule duæ, exiguæ tamen & steriles, ad quas dum
 naues appellere conarentur, eas inhabitatas inuenerunt,
 ad eas tamē curationi & recreationi corporū (Nam pi-
 scatio habebatur satis commoda) biduum consumptū est.
 Insulas tamen has infortunatas cōmuni decreto appellāt.
 Tum rursus idē soluerunt, pristino illo cursu & nauigatio-
 nis instituto. Dūq; iam trimestre supra dies uiginti feliciter
 p altū hoc ueherētur, ac īgens maris spatū metiti essent, ua-
 stiusq; q̄ ullū humanū ingenū caperet, quod assidue fere
 magna ui uentorū acti essent, cōsisterētq; iā de nuo citrā
 æquinoctialem lineā, cōspecta est eistandem insula quādā
 ab idigenis ut postea cognouerūt Inuagana nominata. Qui
 dū propius accederēt, cōpererunt altitudinē poli Arctici
 decim graduū. Longitudinē uero à Gadibus per occidentē
 158. arbitrābatur. Protinus alias atq; iterū alias insulas
 prospexere, ita ut se in archipelagum quendam ingentem

Infortunata
 & infelix

ad no.

Inuagana
 insula

delatos uiderent, ad Inuaganam uentum est, attamen insu-
la inhabitata inuenta est. Accedunt aliā, exilē licet, ubi
duas Canoas Indorum conspiciunt, sic enim hoc genus na-
uigij, quod peregrinū est, ab Indis nuncupari solet, est enī
excissum cauatūq; ex unico arboris trunco, capitq; unū
uel ad summū alterū hoīem, indicijs ac signis sicut muti
cum mutis loqui solēt. Ab Indis scrutantur nomina insula-
rum, & unde nā eis cōmeatus copia subministrari posset,
cuius magna penuria premebātur, intelligunt illā in qua
fuerāt Inuaganam: ubi tūc essent, Acacan nuncupari, sed *Acacan*
utranq; inhospitam. Caterū haud longe distare insulam, *Selani*
cui Selani nomen eēt, quā & ferē digito ostendebāt. Eam
habitatam, & copiam oīm rerū quæ ad uitæ necessitatē
spectarent in ea reperiri. Nostri aquatione in Acacan fa-
cta, ad Selani tendunt. deprehendit hic eos aduersa tēpe-
stas ut ad insulam illam naues appellere nequiuerint, quin
ad Maßanam aliā insulā deiecti sunt, ubi triū insularum *Maßana*
agit rex, inde ad Subuth peruenere, ampla hæc est & in- *Subuth*
gens insula, ubi imito cū regulos cedere, protinus in terrā
descēdūt, ut sacra de more Christianorū facerent. Aderat
enim festū resurrectionis illius q nos saluos fecit. Quare in
littore ex nauīū uelis & ramis sacellum, atq; in eo altare
Christianorū ritu cōstruunt, patrioq; more sacra faciūt.
Accurrit regulus cū magna Indorū multitudine, qui oī-
bus pactis uisi sunt hoc deorū cultu delectari. Præstetūq;
atq; aliquot ex præcipuis in tuguriū reguli deducunt, &
ea quæ habebant cibaria apponunt. Panis quē sagum uo- *Panis in*
cant, erat ex trunco seu ligno arboris haud multū à pal- *Subuth*

mis dissimilis. Hæc frustatim dissecta, ac i sartagine oleo
frixo panem hunc præbet, cuius particulam Reuerendis.
Potius D. T. mitto: potus erat humor qui ex conscisus palmarum
ramis defluere & manare solet. Aucupia quoq; conuiuio
ornabant. Reliqui fructus illius erant regionis. Conspicit
Magellanus in domo reguli quendam agrum & iam pror-
sus extenuatum, scrutatur quisnā hic eēt, de quo morbi ge-
Comma
Air bapt
saug ggr nere torqueatur. Intelligit nepotē illius reguli, & iā bien-
nio uehementi febris laborasse: iubet eum bono animo esse:
si modo Christo se deuoueret, protinus salutē & pristinā
ualetudinē recuperaturū. Indus conditionē accipit. Cru-
ceq; adorata baptismū capit, postridie se incolumē affir-
mat, surgit ex lectulo, ambulat, cibum sumit ut reliqui.

Nescio quæ insomnia Indis suis narrat. Quid multa? Re-
Baptisam
Insulam gulus ipse cum Indorū duobus milibus supra ducentos ba-
ptizatur, Christi q; nomen & religionē profitentur. Ma-
gellanus aut hanc insulam diuitē auri & gingiberis eē cō-
siderans, præterea omnibus circumuicinis insulis situ suo
adeo opportunā, ut inde facile earū opes & terræ mune-
ra posset explorare. Quapropter regulū Subuth adit, il-
liq; persuadet, cum ipse dimisso uano atq; impio deorū cul-
tu, se ad Christi religionē cōuertisset, æquum esse ut regu-
li proximarū insularum eius iussui imperioq; parerent,
statuisse se itaque hac de re legatos mittere, & eos qui mi-
nus dicto audietes forent, ad hoc armis cogere. Placet bar-
baro conditio, legati mittuntur. Venit idem atq; alter re-
gulus, & Subuthicum patrio more adorant. Erat proxi-
Mantham
ma insula ma insula Manthan, cuius rex cæteris milite & armis præ-

ma insula Manthan, cuius rex cæteris milite & armis præ-

stabat, ille recusat se eū adoraturum cui imperare iā diu so-
litus fuisset. Magellanus, qui quod coepisset conficere cupe-
ret, armari iubet quadraginta ex suis, quorū uirtutē & ī
bello robur perspectū habuit, inq; Mauthan cymbis trās-
uehitur. proxima insula erat. Subuthicus regulus, aliquot
ex suis ei adiunxit, qui insulae sitū & naturā locorū doce-
ant, & si in rem esset acie etiā decertent. Rex Mauthan
nostros aduenire prospiciens, ad tria milia suorū in cā-
pum educit, Magellanus suos cū tormentis machinisq; bel-
licis, licet paucis, in littore exponit, & quanquā se lōge ho-
stibus inferiorē numero aīaduenteret, gentē prāterea bel-
licosam, quā lāceis & alijs lōgioribus armis uteretur, sa-
tius tamē duxit cum eis acie decernere, q̄ aut regredi aut
Subuthico milite uti. Iubet itaq; suos bono ac cōstanti esse
aīo, neq; terreri hostiū multitudinē: cū saepe uisum eēt, cū
alijs tū proximis diebus, in insula Iuacatan Hispanos du-
centos aliquando ducentena, & nōnunquam trecētena ho-
minum milia acie fudisse. Subuthicis uero ostendit, se non
eos ad pugnādum, sed ad suorū fortitudinē & in bello ro-
bur spectandū adduxisse. Itaq; impetu in hostes fēcto, pu-
gnatur acriter utrinq; sed cum hostes numero nostros su-
perarent, & longioribus armis uterentur, quibus nostris
multa incōmoda inferrent, cōfossus est tandē ipse Magel-
lanus. Reliqui autē & si nondum planē uicti uiderentur, Confossus
Magellanus
amisso tamen duce pedē referunt. Quos hostes, q; in ordi-
ne retrocederent, insequi non audent. Reuertuntur itaq;
Hispani amisso classis prāfecto Magellano, & alijs socijs
septē in Subuth, ubi nouum classis prāfectum eligunt lo-

Præfatus
2. 19
hannē Serranum, iurum haud spernēdū, is protinus initā
foedera cum Subuthico rege, nouis muneribus renouat, ac
Mauthan regem se deuicturum spondet. Habuerat seruū
Magellanus ex insulis Moluccarū ortum, quē alias in Ma-
laccha emerat, hic Hispanā liguā absolute callebat, & eo
alio adhibito interprete Subuthico, qui Moluccen. sermōis
gnarus erat, nostri negotiabantur: hic prælio Mauthēsi in-
terfuerat, & exilia quædā uulnera in eo acceperat. Qua-
de re cubabat toto die intentus ualetudini. Serranus qui
nihil sine eo pertractare potuit, corripit hominem durio-
ribus uerbis, eum scilicet non desisse seruum atq; manci-
pium esse occiso Magellano, sed grauius seruitutis iugum
subiturum. & asperrimis loris cæsum iri, nisi officiosius
demandata ministeria exequeretur. Seruus hic ex his uer-
bis ingens odium in nostros concipit. Dissimulata tamen
ira, post aliquot dies regulum Subuthicum adit, docet insa-
tiabilem eē Hispanorum avaritiam. Illisq; hoc statutum
& decretum, ut deuicto Mauthano rege, in ipsum postea
seuiant, & captiuum abducant, neq; aliud rebus suis re-
medium adhiberi posse, q̄ fraudem fraude præuenire. Bar-
barus omnia credit. Clām pacem cum rege Mauthan &
reliquis facit, & in nostrorum exitium conspirant. Voca-
tū ad solenne conuiuium præfectus Serranus cum reli-
quis omnibus præcipuis, qui numero. 27. fuere. Hi nihil
mali suspicati, quod Barbari omnia astute dissimulauerāt,
secure & incaute in terrā tanq̄ ij qui cum regulo cibum
sumpturi essent, descendunt. Inter epulādum ab ijs qui in
insidijs collocati fuerāt opprimuntur. Fit clamor undiq;

Opprimuntur
2. A. Castellani

punitur protinus in nauibus nostros occisos, & in tota
 insula hostilia esse oīa: prospiciunt ex nauibus nostri, pul-
 cram crucem quam in arbore posuerant, à barbaris ma-
 gno furore in terrā præcipitari & in frustra secari. At Hi-
 spani reliqui qui in nauibus māsērant de sociorum clade
 edocti, maiores insidias uerentur. Quapropter anchoris
 sublatis uela uētis ocyus cōmittunt. Adducitur paulo post
 ad littora uinctus misere Serranus, obsecrat, ut à tam dira
 captiuitate redimatur, se impetraße ut redimi liceret, mō
 de suis hoc fieri cōcedatur. Nostri & si ducē turpe hoc mo-
 do relinquere existimabant, tamen fraudem & insidias
 ueriti, in altum tendunt, relicto Serrano misere ad litto-
 ra lachrymante, opemq; atq; auxilium suorum planctu
 ingenti lugubriq; implorante. Hispani duce socijsq; amīs-
 sis tristes anxijq; nauigabant, non modo calamitate & so-
 ciorum clade perturbati, sed quod iam ad eam paucitatē
 & numerum essent redacti, qui ad tres naues gubernan-
 das impar haberetur. Qua de re consilium ineunt, & con-
 tinuo cōmunibus suffragijs nihil magis in rem esse decer-
 nunt, q̃ una aliquatrum nauium igni absumpta, duas
 duntaxat asseruare. Accedunt itaq; proximā insulam cui
 Cohol nomē erat, & armamētis in alias duas naues trās-
 latis, tertiam hanc cōcremant. Inde ad insulam Gibeth de-
 feruntur. Quam & si auro ac Gingibere multisq; alijs
 rebus felicem cognoscerent, diutius tamen ad eā non mo-
 randum censent, quod Indos illos nulla beneuolentia ad se
 allicere potuerint. Armis autem decernere paucitas pro-
 hibebat. Illinc ad Porne insulam tendunt. Duæ in hoc ar-

Siloli
maxia

chipelago insule erant ingentes amplæq; , quarum altera Siloli dicta est, cuius rex sexcentos liberos habebat. Altera quam diximus Porne. Siloli maior est. Quippe quæ navigatione sex mēsum ambiri uix possit, Porne aut trium. Sed quemadmodum illa uastior, ita hæc et terræ felicitate beatior, et urbis eiusdē nominis magnitudine clarior ē. Sed cū Porne insulis cæteris, q̄s hætenus collustrassēt nobilior haberetur, et unde cæteris bonos mores uitæq; cultū accipere uidebantur, statui horum populorum mores et instituta paucis attingere. Sunt oēs hi insulani Caphræ, hoc est gentiles, solem et lunam deos colunt: soli diei, lunæ uero noctis imperium ascribunt: illum marem, hanc foeminam dicunt, atq; hos cæterarum stellarum parentes uocant, quas omnes deos esse, minutos tamen, arbitratur. Solem orientem certis carminibus salutant potius q̄ adorant. Item lunam noctu fulgentē, a quibus liberos, foecundam pecoris foeturam, terræ huberes frutices, aliaq; id genus deponunt. Cæterum pietatem ac iustitiam colunt. Et præcipue pacem atq; otium amant, bellum uero maxime detestantur, regem suum dum paci stulet, ut deum colunt. Cum belli cupidior sit, non quiescunt donec hostium manu in acie ceciderit. Qui ubi bellū gerere statuit, quod raro fit, primus à suis in acie collocatur, ubi omnem hostium impetum sustinere cogitur. Neq; strenue in hostem inferunt sese, nisi donec regē suū occisum intelligunt, tunc enim primum pro libertate et futuro rege pugnare incipiunt; neq; unquā apud eos uisus est rex belli autor quin in acie ceciderit. Qua de re raro bella gerunt, fines protē-

Mare
insulæ

Pars
in acie

dere iniquum putāt. Omnibus autē præcipuum est studi-
um ne finitimos populos aut peregrinos iniuria laceſſāt.
Verūſi quādo ipſi laceſſiti fuerint, par pari referunt. Et ne
latius ſerpat, protinus ad concordiam ſpectant. Neq; quic-
quam apud eos glorioſius eſſe poterit, q̄ ſi quis prior pa-
cem petierit: neq; item magis indecorum q̄ in pace peten-
da præuentum eſſe, ſoedum autem atq; deteſtabile cenſent
pacem petenti negare, etiamſi quis iniuria laceſſitus fue-
rit. Nanq; in huius exitium finitimi oēs tanq̄ dirum atq;
impium protinus conſpirant. Quo ſit, ut omni ſerè tempo-
re tranquillitate & otio fruantur. Nulla apud eos latro-
cinia, cædes etiam nulla. Nemini regem præter q̄ uxori-
bus eius & liberis alloqui fas eſt, nō niſi eminus ꝑ cannas,
q̄s auri illius apponunt, & qcquid uolunt ꝑ eas inſuſur-
rant. Poſt mortē homini nullum eſſe ſenſum dicunt, quod
nec ullus ante natalem fuiſſet. Aedes habent exiles ex li-
gnis & terra conſtrūctas, partim rudere, partim palma-
tis frondibus coopertas. In urbe Forne uiginti milia domo-
rum eſſe certum habetur. Vxores ducunt quot alere poſ-
ſunt, cibo utuntur, quem aut aucupiū aut piſcatio præ-
bet. Panem ex oryza conſciunt. Potum ex liquore qui de
conſciſſis palmarum (ut diximus) ramis ſtillat. Alij merca-
turam in propinquis inſulis faciunt, ad quas iuncis defe-
runtur, alij uenationi, alij piſcationi, alij agriculturæ ſtu-
dent. Veſtes habēt ex goſſampino. Animalia etiā ſerè oīa
quæ apud nos ſunt præter oues, bouem, & aſinum. Equi
tamen perexigui et exiles ſunt. Camphoræ, gingiberis et
cynamomi magnus apud eos prouentus. Inde noſtri rege

illo salutato & muneribus condonato ad Moluccas ten-
dunt, quæ illis ab eodem rege cōmōstratæ fuere. Veniunt
Solo inf. ad littora insulæ Solo, ubi margaritas magnitudine ouo-
rum turturum, aut aliquādo gallinarum intelligunt, quæ
tamen non nisi in altissimo æquore expiscari possunt. No-
stri hmōi unionem non attulere, quod anni tempus illo-
rum piscationem non præbebat. Cepisse tamen ea in re-
gione ostreum attestantur, cuius caro septem supra qua-
draginta librarum esset. Hinc facile crediderim tantæ ma-
gnitudinis margaritas illic reperiri. Cum satis constet uni-
ones concharum partum esse. Et ne quicquam prætermi-
tam, constanter nostri asserunt narrauisse insulanos Por-
ne, regem gestare in diademate uniones duos oui anserini
magnitudinis. Hinc ad insulam Gilonam uentum est ubi ho-
mines cōspexere auriculis longis atq; adeo pendulis ut hu-
meros attingerent, quæ cum admodum admirarentur no-
stri, intelligunt ab indigenis, haud longe distare aliam in-
sulam, ubi homines essent non solum pendulis, sed adeo la-
tis amplisq; auriculis, ut cum ex usu esset, altera earum
uniuersum caput cōtegeret. Nostri at q non monstra, sed
aromata qrerēt omīssis nugis recta ad Moluccas tēdunt,
octauo mēse postq̃ præfectus eorū Magellanus i Mauthan
occubuerat, ab eis repertæ sunt. Insulæ sunt numero quin-
q; Tarāte, Muthil, Thedori, Mare, & Matthien nuncupa-
tæ: tum citra tum ultra tum etiam sub ipso æquinoctiali si-
tæ. Alia Gariophilum, alia Myristicā nucem, alia cynamo-
mum gignit. Viæ sunt oēs, sed parvæ atq; angustæ admo-
dum. Reges Marimin paucis ante annis imortales aīas esse
illarū

Harim

credere cœpere. Haud alio argumento ducti, q̄ quod auiculam quandā pulcherrimā nunquā terræ aut cuiq̄ alij rei quæ in terra esset, insidere animaduertent. Sed aliquādo ex summo æthere ex animæ in humū decidere. Et cū Mahometani qui ad eos cōmerciij causa cōmearent, hanc auiculā in paradiso ortā, paradisum uero locū animarū quæ uita sunt esse essent, attestarentur, induerunt hi reguli Mahometi sectam, qđ hęc de hoc animarum loco mira polliceretur. Auiculam uero Mamuco Diata appellarunt. Quam adeo sancte religiosęq; habent, ut se ea reges tutos in bello existiment, etiam si suo more in prima acie collocati fuerint. Plebei autē Caphræ sunt, & eisdem fere moribus & institutis, quibus insulanos Porne ostendimus, sunt egentes admodum utpote apud quos nihil præterq̄ aromata proueniunt, quæ cū uenenis arsenico & Mercurio sublimato uulgo appellato, ac linteis quibus ut plurimum uestiuntur, libenter cōmutant: in quæ uero usum his uenenis utantur nondū satis cōpertū est. Vivunt pane sagu & piscibus ac nonnunq̄ psittacis. Latēt tuguriolis demissis admodū. Quid multa? Omnia apud hos humilia & sordida præter pacem, otium & aromata. Quorū alterū, & qđ pulcherrimū summūq; bonū, ingens mortaliū iniquitas ex hoc nostro orbe ad eos relegasse uidetur. Aromata uero, tum auaritia, tum insatiabilis gulæ auiditas, nos in ignoto etiā orbe illorumq̄rere cogit. Adeo hominum proteruia salubria quæq; haud lōgius satis nequit, ptrudere, neq; quæ luxus & libidinis appetere. Nostri uero Moluccarum situ diligenter inspecto, & cuiusq; insule, præterea regulorū moribus exploratis, ad Theodori

accedunt, quod hęc copia Gariophili ceteris antea flere, re-
gem uero prudētia & humanitate reliquis regibus pręsta-
re intelligebāt. Paratis itaq; muneribus, in terrā descēdūt,
ac regem salutant, prębētq; munera tanq̃ à Cæsare missa.
Ille muneribus benigne acceptis, in cœlum suspiciens, iam
inquit biennium agitur, cum uos à maximo rege, regum
ad inquirendas has terras demissos è siderum rōne cognau-
ui. Quare aduentus uester tanto mihi gravior iucundiorq;
est, quanto astrorū significatione diutius mihi pręscitus fuit.
Et cū nihil hmoi euenire scio, quod nō iamdiu fatorū & side-
rum decreto statutum sit, non is ero qui aut fatis aut siderū
significationi aduersari moliar, sed uolens libensq; post-
hac deposito regio fastigio, metātummodo regis uestri nomi-
ne huius insulę procurationem gerere existimabo. Quare
naues in portum subduate, & reliquos sodos in terrā tuto
descendere iubetote, ut nunc tandem post tā longam maris
iactationem, totq; rerum pericula secure terrę benignitate
frui & corpora curare possitis. Neq; aliud existimate q̃ uos
in regis uestri regnum uenire. His dictis rex deposito diade-
mate, singulos amplectitur, & quę terrę illa alimenta habe-
bat, afferri iubet. Nostri hac re letati, ad sodos redeunt, ac
quę acta sunt renūtiāt. Hi hac regis comitate & beneuolē-
tia letati, insula potiūtur. Vbi cum aliquot diebus regia mu-
nificētia fuissent recreati, idē ad reliquos reges legatos mit-
tunt, ad insularum copias explorādas, & regulorum aīos
conciliandos. Tarante proxima erat, & hęc quoq; mini-
ma est insula. Quippe quę paulo ultra sex miliarium Itali-
corum ambitum habet. Est huic proxima Matthien & ea

Cæsari se
submisit
regulus

Tarante

Matthien
& moluntur

exilis. Hæ tres Gariophali magnam copiã gignunt, sed longe uberiorem in quartum annum. Arbores hæ non nisi in abruptis rupibus prouenire solent, & ita densantur, ut plerumq; lucum faciãt. Arbor hæc tum folijs, tum crassitudine tum ipsa etiam altitudine lauro simillima est, Gariophilũ quem uulgo à similitudine clauum nominant nascitur ex summis singulis ramusculis. Corolla primum, tum in eas flos haud alius q̃ mali aurei prodit. Aciesq; seu cuspis ipsa Gariophili summo stipiti insidet, donec paulatim in longum exurgens mucronẽ efficit. Rubescit primum, mox sole tostum nigrescit. Huius arboris syluas inter se, quemadmodum nos uineas, indigenæ partitas habent. Gariophilon siris condunt, donec aliò à mercatoribus trãfferatur. Quarta insula Muthil haud cæteris maior. Hæc cynamomum gignit. Arbor hæc surculosa & alioqui sterilis siccitate gaudent, simillima est arbori quæ malum fert punicum. Huius cortex ad solis calorem dehiscens à ligno auellitur, & paululum ad solem detostus sit cynamomum. Huic propinqua est alia insula, quæ Badam appellatur, Moluccensibus insulis maior ampliorq;. In ea Myristica nux nascitur. Cuius arbor procera amplaq; est. Arbori quæ nucem iuglandem fert admodum similis. Neq; hæc nux aliter q̃ iuglans producit, gemino protecta operimento, puluinati primum calycis, sub hoc tenuis membrana, quæ reticulatim nucem amplectitur. Hæc apud nos Muscata flos, ab Hispanis Macis uocatur, nobile atq; salubre aroma. Alterum operimētum ligneum est putamen, ut auellane cui quam diximus ipsa nux inest muscata. Gingiber uero passim in singulis insulis

*Gariophili
arboris lan-
to similis*

*Myristica
quarta
cynamomum
arbor*

Badam

*Myristica
mystica ing*

*Gingiber
ra ing*

huius archipelagi nascitur. Aliud seminatim, aliud spon-
te prouenit. Sed quod seminatur nobilius est. Herba similis il-
li quæ crocum fert, & eo modo eius radix fere nascitur,
quæ Gingiber est. Nostri ab regulis singulis benigne susce-
pti suere, & exemplo regis Theodori sese Cæsaris imperio
ultro submisere. At Hispani qui non nisi unam atq; alterā
haberēt nauim, statuere de singulis quidem aliquid afferre,
sed naues Gariophilo onerare, quod huius & anno illo ube-
rior prouentus fuisset, & huius generis aromatū maiore
copiā naues capere possent. Impletis itaq; Gariophilo naui-
bus, & literis muneribusq; à regibus ad Cæsarem acce-
ptis, discessum parant. literæ plenæ erant fidei atq; obser-
uantiae. Munera erant enses Indici, aliāq; id genus. Sed præ-
cipuum Mamuco Diata hoc est auicula dei, qua se in præ-
liotutos inuictosq; putant. Harum quinq; misse fuere, unā
impetraui à præfecto nauis, quam reuerendis. D. T. mit-
to. Non quod se ea ab insidiis & ferro tutam putet, ut illi
perhibent, sed quod eius raritate & pulchritudine delecte-
tur. Mitto quoq; & cynamomi & muscatæ & Gariophili
aliqd, ut cognoscat nostra aromata ijs q̄ Veneti & Portu-
gallen. afferūt, nō mō nō deteriora sed nobiliora, qđ recetio-
ra sunt. Nostri dum ex Theodori soluiissent, ecce altera nauis
& maior quidem, uitio facto aquā hāusit, ita ut ad The-
dori regredi necēsum fuerit. Hispani dum hoc incommo-
dum non nisi magno negotio & in multorum dierum spa-
tio posse tollere animaduertent, conuenere ut altera na-
uis ad promontorium Cattigara, inde per altum q̄ longe pos-
set à littoribus Indiæ ueheretur, ne à Portugallensibus con-

De q̄b uol
submisit
ad Cæsarij

spici posset, donec promontorium Africae, quod ultra capri
corni tropicum protenditur, & cui bonae spei Portugallen.
nomen indidere, in conspectum ueniret, quod inde haud
difficilis in Hispaniam esset nauigatio. Altera uero nauis
cum primum refecta esset, rursus per archipelagum ua-
stumq; illum oceanum ad litora illius continentis quam su-
pra memorauimus cursum caperet, donec eam oram repe-
raret, quae est regione Darienis esset, ubi angusto admodum
terrae spatio australe illud mare ab occidentali, in quo Ca-
stellanorum sunt insulae, disiungitur. Soluit itaque denuo
ex Thedorinauis altera, & citra aequinoctialem ad duode-
cim gradus uecta, promontorium Cattigarae, quod Ptole-
maeus longe etiam ultra aequinoctialem protensum arbitra-
tus est, non inuenere. Sed postquam ingens maris spatium
demenssi essent, ad promontorium bonae spei, inde ad insulas
Hesperidum delati sunt. Et cum hac nauis longa hac nau-
igatione concussa aquam admitteret, non potuere nautae,
quorum iam multi etiam rerum & nauigationis incomo-
ditate perierant, exhauriendae sentinae satagere. Quapro-
pter in unam insularum quae sancti Iacobi nuncupatur, de-
scenderunt, ut seruos emerent. Nostri autem dum pecuni-
am nautarum more non haberent, Gariophilum pro ser-
uis offerunt. Qua re per Portugallenses, qui in illa insula
magistratum gerunt, intellecta, tredecim ex nostris in uincu-
la coniecti sunt. Reliqui in numero decem & octo erant.
Hac rei nouitate territi, dimissis socijs continuo in Hispa-
niam tendunt. Quo decimosexto mense postquam ex Thedo-
ri discessere, salui atq; incolumes sexto Septembris ad por-

tum Hispali propinquum peruenere. Digniores profecto
nautæ, q̄ aterna memoria celebrentur, q̄ qui cum Iasone ad
Colchidem nauigarunt Argonautæ. Nauis autē ipsa mul-
to dignior, ut inter sidera collocetur, quàm uetus illa Ar-
go. Hæc nanq; ex Græcia duntaxat per pontum uecta est,
nostra uero ex Hispali austrum uersus. Andēq; per uniuer-
sum occidentem perq; inferius hemisphærium, in orientem
penetrans, rursus in occidentem reueauit. Reuerēdissime
D. T. me humillime commendo. Datum Vallisoleti die
XXIIII Octobris M. D. XXII. *Maximilianus*

E. Reuerendiss. ac Illustriss. D. T.

Humillimus & per-
petuus seruator.

Maximilianus
Transylvanus.

Coloniæ in ædibus Eucharij Ceruicorni. Anno uir-
ginei partus. M. D. XXIII. mense
Ianuario.





750
644

